

Subscriptum Codici: *Explicit liber primus Sententiarum editus a fratre egidio de Roma ordinis, re-*

Non videat Christum qui

Typis editum Venetiis a. 1492. 1521. et 71. testatur *Offingerus* in *Biblioth. Ord.* p. 244. Sed et in reliquos III. *Libros* commentatus est *Noster*.

DXII.

U. 315 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 275. f. max. per duas columnas luculente exaratus et coloribus illustris hanc in Theca præfert Notam: *Hunc librum testatus est vniuersitati Honorabilis Vir Magister Johannes Geus de teynigen (Palatinat. super.) doctor sacre theologie, Reseruandum tamen in Libraria Collegij ducalis quousque vniuersitas propriam librariam habeat. Cuius animam huius libri usum habentes deo sinceris precibus recommendent. Qui obiit in die sancte asre. Anno Domini 1440. relictis quibusdam lucubrationibus, quas in his Commentariis recensui, ut Indices docent. Jam ad ipsum Codicem. Inest ei, ut e calce adsumo: Quartus liber super sententias editus a fratre Richardo de media uilla de ordine fratrum minorum. Ingreditur is: Innoua signa et immutabilia. glorifica manum et brachium dextrum &c. et concludit: si quid tale inueniretur in libris meis quod non credo paratus essem humiliter retractare. Ita habetur etiam*

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

liqua erasa et rescriptum: *Iste liber fuit emptus pro XVI. Florenis.*

librum subtrahit istum.

am in Edit. Venet. 1489. f. et pluribus aliis jam Sec. XV. curatis. Accedit *Quaestionum Elenchus* rursus subiecto nomine Auctoris, cuius *Quodlibeta* retuli Vol. I. P. 2. col. 1244. *Doctoris Solidi, Copiosi, etiam Fundatissimi et Autorati* *Elogia* tulit hic *Anglus* de *Middletown* in *Sorbona*, et circa an. 1300. vivendi finem fecit teste *Waddingo, Oudino, Fabricio, Tannero*. Ejus commentaria in omnes IV. *Sententiarum*. Libros totidem *Tomis* lucem videre *Brixiae* 1591. f.

DXIII.

U. 408 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 173. f. per duas columnas difficili calamo scriptus et coloribus distinctus, donatusque olim inter vivos Collegio Ducali a M. *Andrea de Pottenprun* Theol. Prof. et D. *Stephani* Canonico, qui inter annos 1469—76. bis *Academiae* Rector praefuit, exhibet I. ut e calce adsumo, *Summam sententiae editam a fratre iacobo de losanna quondam prouinciali francie. Sententiarum* dicendum erat; sunt enim *Stricturae* in omnes IV. *Petri Lombardi* Libros hoc initio: *Cupientes &c. In libro primo suo magister premitit probemium et diuidit in quatuor partes in quarum prima ponit*

F

(ur)